



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. VI. Vtrum mali ministrantes Sacramenta peccent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

suum errorem non propugnant contra Ecclesiam universalem definitionem. nam, ut August. supra, si eam novisset Cyprianus, suam sententiam retractasset. Cum ergo res illorum tempore nondum videretur sufficienter tanquam de fide proposita, & suam sententiam ita defenderent, ut dissidentes ab eis rebaptizarent, non fuerunt hæretici.

Nec obstat quod Stephanus Pontifex dixerit traditionem ecclesiasticam adversari sententiam S. Cypri. quia S. Cypri. nullam talem suam sententiam contrariam agnoscebat, neque traditio proponebatur tanquam rem faciens de fide. quod si traditionem Ecclesie sue sententiam agnovisset contrariam, dubium non est quin sententiam retractasset, cum ex eius epistola 74. ad Pompeium constet quanti fecerit traditiones.

Dices opposuit se Pontificibus eius errorem refutantibus.

Resp. ita esse; non tamen idcirco habendum hæreticum, cum Pontifices non desinuerint eius sententiam continere errorem in fide, sed contra illum egerint ex autoritate & ratione, quæ sibi non putabat adversari; atque ita non potuit dici adhærere pertinaciter ei, cuius contrarium esset sufficienter propositum tanquam de fide. Contra resolutionem

Obijciunt 1. quod extra Ecclesiam salus esse non possit.

Resp. nihil inde concludi, quia licet hæreticus sit extra Ecclesiam, non idcirco is qui ab eo recipit Sacramentum, salutem consequitur extra Ecclesiam, quia recipit Ecclesie Sacramentum, quod potest ministrare is qui est extra Ecclesiam.

Obijciunt 2. Amb. lib. de ijs qui mysterijs initiantur cap. 4. in medio dicit: *est enim in aliquibus* *non sanatur baptisimus per se ipsum, non mundatur, sed poluitur.*

Resp. Ambr. solum velle Sacramentum ab hæretico collatum non mundare suscipientem, scilicet adultum, non cōferre sanctificationis gratiam, scilicet frequenter, quia videlicet recipiens Sacramentum ab hæretico peccat. pro quo

Notandum, quod ex dictis alibi patet, Sacramentum non ita mundare recipientem, ut nullam in adulto requiratur dispositionem: cum itaque adultus Sacramentum recipiens ab hæretico vel improbo ministro mortaliter peccat, eo quod tali casu censetur moraliter alterius peccato cooperari, sequitur verè dictum ab Amb. *non sanat baptisimus per se ipsum, sed poluitur*, in quantum scilicet suscipiens censetur cooperari peccato ministri, & ita indigne suscipit Sacramentum: cum hoc tamen optimè consistit quod substantia Sacramenti per talem ministrum poni possit: immò si suscipiens non peccat, & de cetero legitime disponatur ad gratia receptionem, mundari possit per Sacramentum ab improbo, hæretico &c collatum, quo modo verè mundatur infans à quocumque baptizetur, & potest mundari adultus qui baptizatur ab hæretico nesciens esse hæreticum.

Adverte etiam si qui Patres videantur docere hæreticos non habere verum baptismum, non univèrsim id pronuntiare, sed de quibusdam, qui legitimam formam non utebantur

Obijciunt 3. Pelagius Papa dicens: *Non est Corpus Christi, sed schisma* conficit. habetur 24. q. 1.

Resp. Pontificem non velle talem non conficere Sacramentum, sed solum velle non conficere Christi Corpus quatenus corpus Christi mysticum significat, id est Ecclesiam, à qua schismaticus est divisus, quod satis patet ex verbis sequentibus & eius discursu.

Obijciunt 4. quod Bern. ser. 66. in Cantica neget hæreticos habere potestatem Christi Corpus & Sanguinem consecrandi.

Resp. non agere de omnibus, sed de ijs qui non sunt consecrati à legitimis Episcopis, atque adeo non sunt veri sacerdotes, quales videntur fuisse Apostolici hæretici, contra quos eo loco agit

Obijciunt 5. quod can. 67. Apostolorum ordinatio facta ab hæretico videatur decerni irrita. prætermisissis quorundam solutionibus

Resp. decerni irritam, non quod non sit vera, & validum Sacramentum, sed quod per illam non recipiatur potestas expedita Ordinum functiones exercendi, qui enim Ordinem suscipit ab hæretico, suspenditur ab illius executione.

In fine dubij adverte aliquos notare, Patres qui aliquando videntur requirere fidem, ut Sacramenta conficiantur, eam vocem non sumere prout communiter à Doctoribus accipitur, sed pro intentione operandi iuxta Christi Institutionem, vide Alanum lib. de Sacramentis in genere cap. 53.

ARTICULVS VI.

Utrum mali ministrantes Sacramenta peccent?

AFFIRMAT, ex eo quod ministri Sacramentorum debeant Domino conformari, iuxta illud Levit. 19. *sancti estote quia ego sanctus sum*, docet autem illud peccatum esse ex suo genere mortale

DVBIUM I.

Utrum ministri Sacramentorum peccent, si ea extra statum gratia conficiant?

NOTANDUM duplicem esse Sacramentorum ministrum. quædam enim Sacramenta non requirunt ministrum ad id peculiariter consecratum, ut baptismus, qui in extrema necessitate potest etiam licite à laico ministrari, & matrimonium cuius ministri iuxta communem sententiam sunt contrahentes: alia verò Sacramenta requirunt ministrum ad id peculiariter consecratum, ut in singulis Sacramentis ostenditur. hoc prænotato

Resp. & dico ministrum qui ex officio & peculiari consecratione ad hoc accepta Sacramentum conficit, per se loquendo peccare, & quidem mortaliter, si conficiat extra statum gratia. V. g. sacerdos in peccato mortali existens sacramentaliter absolvens, Eucharistiam consecrans, ministrans extremam unctionem, per se loquendo peccatum mortale committit. Similiter Episcopus conferens Ordinis vel Confirmationis Sacramentum in statu peccati mortalis, immò & sacerdos simplex conferens Sacramentum Confirmationis vel Ordinis ex concessione Pontificis, quod etiam dicendum de baptizante solemniter. est communis Doctorum.

Probatur ex Aug. lib. 2. contra epistolam Parmeniani cap. 10. dicente: *omnia Sacramenta cum ob sint indigne tractantibus, profunt tamen per eos digne*

summentibus. quo loco per indignè tractantes Sacramentum intelliguntur ficti, seu ij qui in peccato mortali ea conficiunt, vt patet ex textu.

Nicol. 1.

Gregor. 9.

Probatum etiam ex Nicolao 1. ad responsa Bulgavorum dicente: *mali bona administrando se tantummodo ledunt. vbi loquitur de sacerdote adultero Eucharistiam ministrante. habetur can. vlt. 15. quæst. 8. Ex Gregorio nono cap. vlt. de cohabitatione clericorum dicente, quemlibet pro peccato mortali esse suspensum quoad seipsum, id est non posse absque peccato ministrare Sacramenta &c. nisi penitentiam egerit. & cap. vlt. de temporibus ordinationum dicente de sacerdotibus & alijs clericis peccatoribus: qui si non penituerint monendi sunt, & sub interminatione diuini iudicij obtestandi, vt in testimonium suæ damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent.*

Dixi, *per se loquendo*, quia per accidens fieri potest vt conficiens Sacramentum in peccato mortali non peccet. 1. si inculpate non aduertat se esse in eo statu. 2. si inuincibiliter ignoret nullum posse in peccato mortali Sacramentum conficere. 3. si aduertat quidem se esse in mortali & Sacramentum non posse licite in eo statu confici, sed conetur bona fide contritionem elicere, atque adeo bona fide existimans se contritum conficiat Sacramentum. In his omnibus casibus excusatur à nouo peccato mortali contrahendo, quamuis Sacramentum conficiat in statu peccati mortalis. Vtrum ex alio capite possit interdum excusari, constabit ex dicendis.

29.

Per se loquendo est p.m.

Peccatum autem quod committitur conficiendo Sacramentum in mortali, ita est mortale per se loquendo, vt ex paruitate materie non possit esse veniale, vt ex dicendis constabit; quamuis possit esse veniale ex defectu aduertentie.

Conuenit inter Doctores quod illud peccatum non oriatur ex transgressione alicuius præcepti positiui humani vel diuini prouenientis ex sola Dei voluntate, sed oriatur ex transgressione præcepti naturalis, seu connaturalis institutioni Sacramentorum, & statui gratiæ: quia scilicet supposita Sacramentorum institutione, etiam sine noua voluntate Dei imponentis, sequitur connaturaliter obligatio non conficiendi Sacramenta ex officio in statu peccati mortalis. hoc communiter dicitur.

Difficiliter assignatur eius rei ratio.

Cuius rei varia à varijs ratio assignatur. Alii qui censent rationem cur ministrans in mortali peccet mortaliter esse sanctitatem Sacramenti, quæ censetur pollui. Alij referunt causam in consecrationem ministri, qui abutatur gratia pro his functionibus accepta. 3. alij censent esse mortale eo quod minister Sacramentorum debeat conformari Deo Sacramentorum auctori, & Sacramentorum sanctitati; ministrans autem in mortali non conformetur Deo vt auctori Sacramentorum &c. cum Deus eatenus auctor sanctitatis per Sacramenta, quatenus ipse sanctus est; non conformetur etiam sanctitati Sacramentorum, cum illa eatenus sint causa gratiæ, quatenus sunt consecrata tanquam Dei instrumenta ad homines faciendos Deo similes in sanctitate.

30.

Examinatur quæ solent afferri.

Verum hæc & similes rationes nisi latius explicentur, non ita efficaciter ostendunt propositum. nam quod ad primam attinet, constat sanctitatem Sacramenti non pollui per peccatum ministri, sed si res ex nuda ratione consideretur, potius dicendum esset ministrum in peccato existentem, qui cum reuerentia & deuotione Sacramentum mini-

strat, mereri de congruo auxilia actualia, quibus à peccato resurgat: satis autem constat ministrum existentem in statu peccati posse cum actuali reuerentia Sacramenta ministrare, sicut potest orare.

Dices sanctitas Sacramenti est causa cur suscipiens illud in peccato mortali per se loquendo peccet mortaliter. ergo eadem sanctitas erit causa cur ministrans in mortali mortaliter peccet.

Resp. neg. consequentiam est enim dispar ratio, primò quia suscipiens Sacramentum in mortali ponit obicem effectui eiusdem Sacramenti, quod cedit in grauem irreuerentiam Sacramenti: atque adeo ex eo capite potest peccatum mortale incurrì: minister autem quatenus talis nihil recipit ex opere operato. Secundò etiam si quis dicat suscipientem Sacramentum in mortali peccare mortaliter, præcisè ex eo capite non sequitur ministrum peccare, quia prior suscipit indignè rem ex se sacram, minister verò tantum concurrit ad Sacramentum tanquam instrumentum, nihil sacrum in se recipiendo.

Secunda ratio non videtur etiam sufficere, nam ægrè apparet quòd ratione consecrationis homo teneatur esse in gratia, dum Sacramenta ministrat; cum consecratio videatur ad hoc tendere vt quis peculiariter deputetur ad certas functiones valide obeundas, quæ non possint exerceri à non consecratis. Confirm. si consecratio præcisè esset causa peccati, sequeretur quòd is qui per Sacramentum Confirmationis est consecratus ad fidem coram tyranno profitendam, peccaret mortaliter, si in mortali eam profiteretur: consequens autem à nullo docetur. Præterea inde etiam sequeretur quòd coniuges qui post baptismum matrimonium contraxerunt, peccarent mortaliter exercendo actum coniugalem in peccato mortali, cum per Sacramentum matrimonij recipiant gratiam & sanctitatem ad hunc actum sanctè exercendum.

Tertia etiam probatio videtur difficilis. unde enim colligitur ministrum debere habere gratiam ex eo quòd Deus Sacramentorum auctor sit sanctus? cum constet non requiri vt instrumentum habeat excellentiam causæ principis; ergo ex eo quòd minister sit Dei instrumentum ad alium sanctificandum, non videtur aptè confici quòd debeat Deo conformari in gratia & sanctitate. neque etiam conficitur ex eo quòd Sacramentum sit sanctum, cum instrumentum non debeat in se habere perfectionem effectus ad quem concurrit. Adde sanctitatem Sacramenti nullo modo pollui per malitiam ministri.

Dices hæc ostendere ministrum non debere esse in statu gratiæ, vt Sacramenta valide ministraret: non verò ostendere illum statum non requiri vt ministraret licitè.

Resp. nos non velle id posituè ostendere, sed tantum ostendere rationem citatam non sufficienter intentum probare.

Ex his colligo communis & receptæ doctrinæ rationem videri difficilem, mihiq; videtur non ratio posse hic exigi rationem quæ conuincat (quod etiam in multis alijs supernaturalibus videre licet, in quibus interdum ægrè ratio conuincens afferri potest) sed communem sensum Sanctorum & Doctorum maximum pondus habere cum morali aliqua ratione, quæ in eo videtur sita quòd

Manifestus peccat qui in mortali sacram, suscipit, quam qui in mortali ministrat.

31.

32.

Nulla est ratio conuincens, quæ conuincat (quod etiam in multis alijs supernaturalibus videre licet, in quibus interdum ægrè ratio conuincens afferri potest) sed communem sensum Sanctorum & Doctorum maximum pondus habere cum morali aliqua ratione, quæ in eo videtur sita quòd

quod lex connaturalis gratiae obliget ne homo specialiter consecratus ad Sacramenta conficienda, & qui in eum finem gratiam sanctificantem & auxilia supernaturalia recepit, obeat ex officio extra statum gratiae functionem ex se sanctam, eod quod alioquin censetur grauem irreuerentiam Sacramento inferre, unde non existimo hanc obligationem oriri ex vno capite, vel ex singulis seorsum sumptis, sed ex omnibus simul spectatis: ita ut consecratio & gratia accepta sit causa ex parte subiecti, sanctitas vero Sacramenti sit causa ex parte obiecti, & forte hoc volunt plerique, licet non ita distincte explicent. videri potest Sorus distinct. 1. quaest. 5. articulo. 6. §. in contrarium, ubi dicit collatio gratiae (quam scilicet aliquis accipit in ordinatione) obligationem insinuat digne ministrandi Sacramenta. Valent, tomo 4. disp. 3. quaest. 5. puncto 3. §. ceterum. Suarez disp. 16. lect. 3. & 4.

Porro cum huiusmodi irreuerentia censetur grauer adversari religioni, patet hoc peccatum esse mortale, neque posse ex parte materiae esse veniale, ut etiam annotauit Vasquez disp. 136. cap. 3. §. haec est conuincatio.

Dices D. Thom. art. praecedenti ad 3. videtur doceri illud ut summum esse veniale, cum velit solum requiri ex decencia ut ministri Sacramentorum sint boni.

Resp. constare D. Thom. censere hoc peccatum ex suo genere esse mortale, ut patet ex fine corporis huius articuli, unde dico in illa responsione debitum ex decencia solum opponere debito ex necessitate Sacramenti, ut patet ex textu, & solum velle bonitatem ministri non ita requiri in administratione Sacramenti, ut illius defectu Sacramentum reddatur irritum; non autem velle solum esse veniale.

Adverte vt minister qui est in statu peccati mortalis licet possit Sacramentum ministrare, per se loquendo non esse opus praui sacramentali confessione, sed sufficere contritionem, quia confessio non exigitur ex iure naturae seu connaturali institutioni Sacramenti, cum eo iure solum requiratur vt minister extra statum gratiae Sacramentum non administret; potest vero aliquis etiam sine confessione a peccato resurgere, & statum gratiae recuperare: non etiam requiritur lege positum, vt habet communis Doctorum sensus. Sufficit ergo ad euitandum peccatum quod aliquis, qui sibi est conscius peccati mortalis, bona fide existimet se habere contritionem, vt Sacramentum licite ministret.

Ex dictis Suarez disp. citata lect. 4. infert sacerdotem qui in mortali constitutus ministrat penitentiae Sacramentum grauer peccare, quantumuis penitens sit in extrema necessitate, quia talis Sacramenti administratio est actus proprius Ordinis sacerdotalis. quae doctrina ex principiis supra positis videtur deduci, & est probabilis.

Videtur tamen etiam probabile quod interdum non peccet; quia si i potest vt sacerdos ita prematur temporis angustijs, vt moraliter sit illi dissimilium, & spectato humano modo pane impossibile tam subito conteri: vt si aliquis peccator constitutus in extremis dederit signa doloris, & vocauerit sacerdotem, qui nisi absoluerit, periclitabitur de salute, verisimile est sacerdotem transeuntem (qui tenetur absolueri) posse in casu tan repentino absolueri, quamuis non existimet se habere contritionem; posse inquam, ita vt non

peccet de nouo Sacramentum in eo statu ministrando. Quod potest colligi ex his quae tradit Vasquez capite citato §. acceditque pro hac sententia, & sequenti: pro qua sententia plures citat §. nihil igitur.

Ratio est quod sacerdos in illa circumstantia nullam iniuriam censetur Sacramento irrogare ministrando in statu peccati mortalis, quia salus aeterna alterius facit vt si sacerdos non possit moraliter a peccato tam cito resurgere & iustificatus proximo consulere, non debeat negligere, eod quod non possit contritionem facile elicere, & proinde non censetur in eo casu Sacramentum irreuerenter tractare. Confirm. in eo casu est concursus duorum praepceptorum, quorum vnum viget ne proximus in tanta necessitate deseratur, alterum ne Sacramentum indignè tractetur: is autem qui in hac circumstantia non conteritur, quando id non nisi difficillime potest, non censetur Sacramentum indignè tractare.

Ex quo patet id non oriri ex eo quod in praepcepto naturali dispensetur, sed ex eo quod periculum aeternae damnationis alterius sit circumstantia, quae tollit vim praepcepti contritionis in huiusmodi administratione. In alijs Sacramentis & euentibus non ita necessarijs haec ratio locum non habet; unde in illis sacerdos in mortali existens, tenetur se ad gratiam preparare, & bona fide existimare se contritum antequam Sacramentum conficiat.

Petes 1. vtrum is qui in mortali existens ministrat Eucharistiam, peccet mortaliter? Negat Vasquez capite citato §. postremo sequitur; quia non concurrunt proxime sicut Dei minister ad iustificationem, sed solum applicando actiua passiuus.

Verum probabilius est mortaliter peccare, quod communius supponitur, & docet Nicolaus 1. can. vltimo citato, ubi agit de malo sacerdote Eucharistiam ministrante. Ratio est quod ministrat Sacramentum ex officio & suo modo sit causa gratiae in recipiente.

Petes 2. vtrum minister Sacramenti non habens ad id peculiarem consecrationem, peccet mortaliter si ministrat in peccato mortali? Vasquez disp. citata affirmat. unde censet non tantum sacerdotem baptizantem in peccato mortali eum qui est in extrema necessitate mortaliter peccare, sed etiam laicum. item peccare eos qui in statu peccati mortalis matrimonium contrahunt, non tantum quia Sacramentum indignè suscipiunt, sed etiam quia indignè administrant.

Verum Doctores communius contrarium sentiunt, scilicet eum qui non ministrat ex officio, seu ad id peculiariter per consecrationem deputatus, non peccare mortaliter si ministrat extra statum gratiae, cum enim non acceperit gratiam sanctificantem ad hoc vt constituatur minister Sacramenti, non censetur iniuriam Sacramento irrogare, si ad gratiam se non preparat, vt Sacramentum ministrat. videri potest Sorus supra.

Caietan. hic responsione ad 1. dubium, & alij.

Ex quo deduco 1. laicum baptizantem in extrema necessitate non peccare mortaliter, licet sit in statu peccati mortalis: immo neque sacerdotem baptizantem in eo casu absque solemnitate baptizantem, vt Caiet. supra; Valent. puncto citato §. sed notandum. quia in tali circumstantia non censetur ba-

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

Quaest. 2.

Vasquez.

35.

pizate ex officio, quamvis propter personam dignitatem alijs sit praefendus. videri potest D. Thom. ad 3.

Dices sacerdos in mortali existens mortaliter peccat, si in eo casu solemniter baptizet; ergo etiam peccat baptizans sine solemnitate, quia non peccat ratione solemnitatis, sed ratione administrationis Sacramenti.

Resp. neg. consequentiam. Ad probationem dico non peccare praecise ratione solemnitatis, nec etiam praecise ratione collationis Sacramenti, sed ratione collationis ex officio, quod fit quando adhibentur solemnitates, quia nullus potest eas adhibere nisi cui competit baptizare ex officio, nec aliquis censetur ex officio baptizare nisi eas adhibeat.

Deduco 2. contrahentes matrimonium in statu peccati mortalis non peccare mortaliter ex eo quod Sacramentum ministrent, quamvis peccent mortaliter ut recipientes Sacramentum.

Deduco 3. multo minus peccare mortaliter pastorem, qui in statu peccati mortali assistit matrimonio, etiam ubi Trident. est receptum, quia licet in ijs locis eius praesentia requiratur ad valorem matrimonij, ipse tamen non est minister Sacramenti, sed solum se habet tanquam testis iure requisitus ad validitatem actus.

Petes 3. an is qui obit alias functiones ordinum in peccato mortali mortaliter peccet? Vniuersum asserit Caiet. hic §. *hanc doctrinam*. idemque sentit de concione. Ioannes Medina Cod. de poenitentia tract. 1. quaest. 6. §. *esset etiam dubium*, censet Episcopum peccare mortaliter, si in mortali constitutus conficiat chrismam, benedicat oleum, consecret seu benedicat Ecclesiam. Idem censet de actionibus proprijs ordinis sacri Silu. verbo *clericus* 2. §. *octauo debet*. Alij existimant diaconum & subdiaconum mortaliter peccare, si solemniter cantent Euangelium vel epistolam. Tolet. libr. 1. summae cap. 85.

Sed longe verius est nihil horum & similium esse mortale. insinuat Val. §. *ceterum* citato, quatenus censet solum peccare eum qui ex officio ministrat Sacramentum. inclinatur etiam Sotus art. 6. citato §. *quocirca dubium est*, expresse negans de diacono & subdiacono; & vniuersum docet Suarez disp. 16. sect. 3. §. *de alijs & sequentibus*. Vasquez disp. citata cap. 4.

Sequitur aperte ex principijs positjs, quod scilicet huiusmodi actiones non sint ita sanctae ex se & operatiuae sanctitatis, ut censetur illis fieri iniuria, si exerceantur in statu peccati mortalis; immo non est mortale citra contemptum eas functiones saepius in mortali obire, quia non coalescunt in vnum, ut inde grauis iniuria censetur resultare.

Ex quibus vltimis colligo seposito scandalo non esse mortale concipiari in statu peccati mortalis, quod docent plerique ex citatis.

Obijci potest capitulum vltimum, de temporibus ordinationum supra citatum; in quo de sacerdotibus & alijs clericis criminosis dicitur, *qui si non poenituerint monendi sunt & sub interminatione domini iudicij obtestandi, ut in testimonium suae damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent*. inde enim ita possumus argumentari: clerici infra sacerdotem non possunt ministrare in susceptis ordinibus Sacramenta conficiendo; ergo dictum Pontificis intelligitur de alijs functionibus non sacramentalibus; cum ergo non sit potior ratio ha-

rum functionum quam episcopatum, sequitur ex praedicto cap. haberi vniuersum non posse in peccato mortali obire functionem ordinis sacri, quamvis ea non sit confessio vel administratio Sacramenti. Omnis varijs responsionibus quae videntur minus conformes textui.

Resp. neg. assumptum, quia diaconi possunt ratione ordinis ex commissione sacerdotis ministrare Sacramentum Eucharistiae, & solemniter baptizare. unde responsio Pontificis de illis potest intelligi; non autem vniuersum debet intelligi de omnibus inferioribus clericis vel de actionibus non sacramentalibus.

D V B I V M II.

Vtrum liceat interdum Sacramentum recipere, vel etiam petere a malo ministro?

EX dictis superiori dubio constat ministrantem Sacramentum ex officio in statu peccati mortali peccare mortaliter, & proinde per se loquendo eum qui a tali Sacramentum suscipit, vel petit, peccare; cum censetur ministro praebere occasionem ruinae, petens id quod scit illum non facturum sine peccato & graui iniuria in Sacramentum. Cum ita sit per se loquendo, merito potest dubitari vtrum nullo casu liceat Sacramentum suscipere, vel etiam petere ab eo qui scitur mortaliter ministraturus in statu peccati mortalis?

Notandum ut aliquis non peccet petendo Sacramentum a malo ministro, non requiri ut positum sciat ministrum non esse malum, seu ut sciat illum esse in statu gratiae, sed sufficere ut non constet esse malum & ministraturum in peccato mortali; verbi gratia ut aliquis possit sine peccato petere ab aliquo sacerdote ut suam confessionem excipiat, non requiritur ut positum cognoscat illum esse in statu gratiae, sed sufficit ut non constet ei esse malum & perseveraturum in statu peccati mortalis, quia poenitentibus non est commissura cura dispositionis ministri.

Confirmatur 1. hanc cognitionem difficillime potest haberi a particularibus, & proinde non est ab eis exigenda ad hoc ut Sacramentum ab aliquo possint recipere, vel etiam petere, immo particulares non possunt sine iniuria inquirere in vitam & mores aliorum, ad quod tamen frequenter tenerentur, si tenerentur positum cognoscere ministros Sacramentorum esse in statu gratiae, seu non esse malos.

Confirm. 2. si ad hoc tenerentur, merito vnusquisque esset anxius, & laqueus conscientijs iniiceretur.

Ad hoc ergo ut aliquis interdum non possit Sacramentum ab aliquo petere, debet ei moraliter constare quod minister sit male dispositus, & quod in ea dispositione Sacramentum sit ministraturus; quod potest interdum constare ex diuturna praua dispositione ministri, & proxima occasione peccati, in qua constat illum remanere, ut si quis cognoscat concubinarium.

Alias communiter nullus debet sibi magnum scrupulum facere, sed vnusquisque communiter potest secunde Sacramenta recipere, immo

& petere

Quaest. 3.

37.
Caiet.
Medin.
Siluest.
Tolet.

Non est
mortale
obire in
peccato
mortali a-
lias ordini
functiones.
Valent.
Sotus.
Suarez.
Vasquez.

38.

Contr.

39.

40.

Resp.
Explicatur
ius citatum
in contra-
rium.

Peccat per
se loquendo
qui a malo
ministro
Sacram.
petit vel re-
cipit.

40.

Minister
habendus
est pro ho-
no quam-
vis non co-
gnoscat
malus.

& petere etiam ab eo de cuius moribus nihil novit, potestque hic habere locum, tamdiu unusquisque debet haberi bonus quamdiu non cognoscitur malus. Adde quod licet aliquis sciatur fuisse malus, communiter possit praesumi quod non violenter Sacramento iniuriam irrogare illud ministrando in peccato.

Hoc praenotato ut ad quaestionem revertamur advertendum illius resolutionem pendere à materia de scandalo, & debere considerari num is qui petit Sacramentum sit in extrema vel gravi necessitate, an non? 2. an minister sit pastor eius qui petit, an non? 3. an minister sit paratus Sacramentum conferre, an non? & utrum sit paratus tantum in habitu, an etiam actu?

Dico 1. si quis sit constitutus in extrema vel gravi necessitate spirituali, & non detur copia alterius confessorij, potest suscipere Sacramentum & etiam petere à ministro qui putatur in peccato mortali administraturus, quia in illa circumstantia non censetur alterius peccato cooperari, & esse causa ruinae proximi; cum petat aliquid honestum, & quod ab ipso peccato praestari potest, & in nostro casu petens habeat iustissimam causam petendi; ergo nec peccatum alterius illi potest imputari, nec potest villo modo censeri iniurius in Sacramentum, tanquam causa cur Sacramentum ab alio indignè tractetur.

Consequentia probatur: quando subest iusta causa aliquid petendi quod licite fieri potest, peccatum alterius nullo modo imputatur petenti, quamvis alter praevideatur non facturus sine peccato; ut patet in eo qui iusta ex causa petit mutuum ab alio, quem praevidet non daturum nisi sub usura, quo casu peti potest etiam si lucrum usurarium persequi debeat: cum ergo in praesenti homo non teneatur adire periculum aeternae damnationis, vel valde gravis detrimenti spiritualis, nec minister peccet ministrando Sacramentum in peccato, patet Sacramentum posse ab illo licite recipi, immo etiam peti virgendo non paratum.

Quod autem dictum est de Sacramento poenitentiae, intelligendum etiam est de alijs Sacramentis, quo casu ea indicuntur valde necessaria ad salutem obtinendam: ut si aegrotus destitutus usu rationis existens in peccato mortali, signa doloris dederit in mortis periculo constitutus, potest etiam ab eo qui scitur non administraturus sine peccato, peti ut Sacramentum extremae unctionis illi ministraret, alio deficiente qui possit licite administrare: immo & virgeri potest, quia eo casu Sacramentum est summe necessarium aegroti ne in aeternum pereat, cum ut suppono, non possit illi succurri per Sacramentum poenitentiae, quod non petit. Idem dico de administratione Eucharistiae per modum viatici, quo casu illa esset necessaria ut consulatur saluti alicuius alioquin foret in aeternum perituri, ut si quis existens in mortali dederit doloris signa, qui, antequam Sacramentum poenitentiae petijt, incidit in amentiam, nec alius salutis remedium habeat, quam sumptionem Eucharistiae, potest peti ut Eucharistia ei ministraretur etiam ab eo qui scitur illam in mortali ministraturus.

Ex dictis oritur difficultas. num si adsit pastor malus qui cognoscitur Sacramentum non administraturus sine peccato, adsit & alius sacerdos bonus quidem sed non approbatus, possit in mortis

articulo aliquis confiteri pastori, & ab eo petere ut absolvat, alio praetermisso? Ratio difficultatis est, quod in ea circumstantia non possit dici deesse copia alterius confessorij, cum eo casu omnes sacerdotes possint absolvere, & sint legitimi ministri huius Sacramenti respectu cuiuscumque, ut patet ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 7.

Resp. peti posse; nam quamvis aliqui probabiliter existiment in eo articulo poenitentem posse cuilibet confiteri, nullo servato ordine; alij tamen probabiliter censent ordinem esse servandum, ita ut praesente eo qui habet sufficientem iurisdictionem ad absolvendum, poenitens non possit confiteri alicui alijs iurisdictionem non habenti: item praesente approbato, etiam carente iurisdictione, non possit confiteri non approbato. unde cum illa sententia sit probabilis, & forte vera, ex qua sequitur quod non approbatus non sit absoluturus, si tenter absolutionem impendere praesente & valente approbato, & multo minus praesente eo qui habet iurisdictionem, non tenetur aliquis uti medio tam incerto, & salutem tanto discrimini exponere, sed potest via certà sibi consulere, quamvis peccatum alterius ex malitia ipsius coniunctum habeat.

Ad rationem dubitandi Resp. deesse copiam confessorij per quem certò sibi possit consulere, & proinde posse invitare pastorem, immò videri ad hoc teneri, quia charitas erga seipsum obligat ut in tanto discrimine utatur via certà, relicta probabili fortè non vera. nam quamvis sententia probabilis posset à peccato excusare, non supplebit tamen id quod ex parte Sacramenti requiritur, si fortè re ipsa non ponatur, & proinde non supplebit medium ad salutem necessarium.

Dico 2. ut aliquis impleat praeceptum annuae confessionis & communionis, si non sit copia alterius, potest petere Sacramentum ab eo qui putatur illud in peccato ministraturus, quamvis non sit actu paratus ministrare. Ratio est eadem quae superioris conclusionis, quia scilicet obligatio praecepti adimplendi iustam praebet causam petendi Sacramenti etiam ab eo qui putatur illud in peccato ministraturus, unde petendo & suscipiendo non censetur alterius peccato cooperari. Hanc autem conclusionem univèrsaliter intelligimus etiam respectu illius, qui non tenetur Sacramentum ex officio ministrare; & aperte sequitur ex sententia multorum, quos citat & sequitur Vasquez in opusculis moralibus de scandalo art. 8. dubio 1. unde dico etiam ut impleatur praeceptum annuae confessionis, confessionem posse institui alicui malo sacerdoti etiam non pastori, si non sit alius qui sine peccato Sacramentum ministraret, immò posse à tali peti ut confessionem excipiat.

Dices obligatio confessionis in dicto casu tantum est iuris ecclesiastici; igitur non potest praevaleare naturali obligationi, qua quis non potest petere Sacramentum ab eo qui scitur in peccato ministraturus. Consequentia probatur: in concursu praeceptorum, humanum praeceptum debet cedere naturali.

Resp. neg. consequentiam: ad cuius probationem dico assumptum esse verum, quando naturale praeceptum & humanum sumuntur singula cum suis circumstantijs, quibus alioquin obligant; secus verò si in circumstantijs praecepti naturalis aliqua fiat mutatio. pro quo

Resp. affir.

Etiā in mortis articulo probabiliter est servandus ordo inter ministros.

Conclus. 2. Licet petere a malo ministro ad implendum Ecclesiae praeceptum.

Vasquez.

44.
Quomodo
accidente
positiuo,
cessare pos-
sit præce-
ptum natu-
rale.

Notandum quod præcepta naturalia ita obli-
gent ut in obiecto certas requirant circumstantias,
quæ cum interdum deesse possint, etiam ipsum
præceptum naturale potest desinere obligare. fieri
autem potest ut accedente præcepto positiuo, cir-
cumstantiæ, quibus præceptum naturale obliga-
bat, mutantur, & proinde ipsum præceptum delin-
at obligare accedente positiuo, non quidem dire-
ctè, sed indirectè, quia scilicet positiuum tollit cir-
cumstantiam, qua sublata desinit obligatio in
illa materia. Pater in præcepto elemosynæ, quo
iure naturæ obligamur proximo extremè indigen-
ti succurrere. si enim aliquis iustè iudicis sententiâ
sit condemnatus ut fame moriatur, non tenemur
eidem succurrere; immò si id nobis prohibeatur,
non possumus, non quidem præcepto humano di-
rectè tollente obligationem præcepti naturalis, sed
indirectè, scilicet apponendo aliquam circumstan-
tiam, propter quam præceptum naturale elemo-
synæ vim suam non censetur retinere. nam præ-
ceptum elemosynæ solum obligat, quando ali-
quis non est ad mortem iustè condemnatus.

In præsentī ergo materia dicimus, præceptum
humanum annuæ confessionis non præualere direc-
tè præcepto naturali non suscipiendi Sacramen-
tum ab eo qui putatur in mortali ministraturus,
sed eius vim indirectè tollere, quatenus est causa
cuiusdam mutationis in obiecto illius præcepti:
nam obligatio illius præcepti in eo consistit, quod
non possimus cooperari ruinæ alterius: quando
verò iusta causa subest petendi Sacramenti, non
censetur alterius peccatum velle, quamvis petamus
Sacramentum ab eo qui non ministrabit sine
peccato; iusta autem causa interuenit quando præ-
cepto ecclesiastico tenemur confessionem insti-
tuere; immò eo casu possum pastorem virgere ut
me audiat.

Dices in concursu scandali præceptum positi-
uum non obligat; igitur si quis non possit adim-
plere præceptum annuæ confessionis, nisi instituat
confessionem ei quem scit Sacramentum in mor-
tali ministraturum, non obligatur confiteri: si
autem non obligetur, nec potest; ergo. Subsum-
ptum probatur; non potest confiteri eo quod con-
fessio sit necessaria ad præcepti impletionem, cum
non virgeat præceptum; non etiam ex alio ca-
pite.

Resp. neg. primum antecedens: nam omnino
verius est etiam positiva præcepta obligare non
obstante alterius scandalo, nec vilo modo propter
illud dimitti posse: ut varij Doctores.

45.
Quæstio.

Petes utrū in tali casu possit aliquis confiteri
privilegiato, qui putatur Sacramentum ministra-
tus in peccato, si adsit pastor etiam malus? Ratio
dubitandi est quod suprà dictum sit, ad imple-
dum præceptum posse aliquem confiteri non tan-
tū ei qui tenetur ex officio, sed etiam alteri non
obligato respectu penitentis; igitur si duo mali
concurrant, quorum vterque putetur Sacramen-
tum in peccato ministraturus, penitens potest ne-
glecto pastore alteri confiteri.

Præsentē
malo pa-
store non
potes adire
malum pri-
uilegiatum.

Resp. tamen videri non posse, si privilegiatus
non sit actu paratus confessionem excipere, vel ex
parte penitentis non subit peculiaris causa, cur
potius illi confiteatur quā alteri. Ratio est quod
licet possit penitentem absoluerē, non tamen
obligetur ex officio sicut pastor, & proinde non
potest adiri quando adest pastor a quo potest peti
Sacramentum, quia in tali concursu neglecto eo
qui penitentem ex officio tenetur audire & ab-

solvere, adire alium non obligatum, est eidem
præbere occasionem ruinæ: nam talis privile-
giatus non tenetur a peccato recedere, eo quod
Sacramentum teneatur ministrare, sicut tenetur
pastor; ergo si quis ab eo petat Sacramentum præ-
sente pastore, censetur illi præbere occasionem
ruinæ.

Ex quo patet responsio ad rationem dubitandi,
quod scilicet Sacramentum a tali peti possit ut
præceptum annuæ confessionis impleatur, quando
id est necessarium; quæ necessitas non inuenitur,
quando adest alius qui obligatur penitentem au-
dire.

Dico 3. licitum etiam est petere Sacramentum
a ministro peccatore, quando aliquis sine suo dam-
no spirituali non potest confessionem aut commu-
nionem differre, nec alius est qui absque peccato
velit Sacramentum ministrare. Hæc conclusio re-
spectu pastoris est communior, & satis certa, cum
is teneatur suis subditis Sacramenta ministrare, &
alij ius habeant ut ministret, quod ius non amitti-
tur propter eius peccatum. unde in nostro casu Sa-
cramentum potest ab eo peti, immò potest virgeri
ut ministret, quia subditus non tenetur tantum in-
commodum subire ne pastor incidat in peccatum,
quod vitare potest, si velit.

De alijs conclusio est minùs certa, sed probari
potest ex præcedenti conclusione; quia damnum
spirituale quod penitens est aliquin incursum,
præbet iustam causam petendi rem, quam alter po-
test licitè præstare, quamvis non sit præstaturus
absque peccato, & proinde in eo casu peccatum
alterius non censetur ei voluntarium, neque po-
test ei imputari.

Dico 4. quamvis non sit tanta necessitas reci-
piendi Sacramenti, si quis tamen ex confessione
magnam percipiat utilitatem, vel melius inuenitur
ab vno quā ab alijs, ut quia melius eius conscien-
tiam potest dirigere, aptiora remedia contra ten-
tationes præscribendo &c. deficientibus alijs equè
commodis potest confiteri ei quem putat in pec-
cato Sacramentum administraturum.

Quoad pastorem sequitur ex doctrina eorum
qui generaliter tradunt aliquem posse confiteri pa-
stori, qui putatur in peccato absoluturus. Respec-
tu aliorum, probatur ex eo quod magna utilitas in
directione vitæ spiritualis sit iusta causa petendi ab
aliquo Sacramentum. Conf. comoditas temporalis
obtinenda est sufficiens causa petendi mutuum ab
eo qui non putatur daturus sine usura; igitur vi-
litas spiritualis videtur sufficiens causa, propter
quam aliquis possit petere Sacramentum ab eo,
qui putatur illud in peccato administraturus,
saltem quando minister habitu est paratus mini-
strare.

Aduerte hanc utilitatem debere distinguī à fru-
ctu, qui præcisè ex susceptione Sacramenti perci-
pitur: nam præcisè propter hunc fructum non vi-
detur posse peti Sacramentum ab eo qui putatur
cum peccato ministraturus, si non sit actu paratus.
non enim possum aliquale meum commodum
procurare cum magno alterius detrimento, præ-
sertim quando illud commodum alijs viis potest
obtineri: aliter se res habet quando agitur de vi-
tando damno spirituali, vel quando bonum alia
via nequit obtineri.

Dices pastor obligatur suo subdito Sacramenta
ministrare, & is non priuatur suo iure, eo quod pa-
stor ex sua malitia sit Sacramentum ministraturus
in peccato; ergo subditus propter fructum qui ori-
tur

46.

Conclusio 3.
Licet enim
petere a
malo mini-
stro, quan-
do differt
nequit sine
damno spi-
rituali.

47.

Conclusio 4.
Ite ad in-
gram peti-
cipiendam
utilitatem.

Non tamen
propter
fructum qui
præcisè ex
susceptione
Sacramenti.

Replia.

tur praestit ex receptione Sacramenti, potest petere Sacramentum à malo pastore, siue sit paratus ministrare, siue non. Quidam censent etiam eo casu posse peti à pastore, pro qua sententia citari potest Caiet. hic responsione ad 2. & Toletus lib. 1. cap. 86. num. 4. & 5. Sotus dist. 1. quaest. 5. art. 6. §. secunda propositio. sed

Resp. neg. consequentiam, quia ius non ita tribuit subdito facultatem petendi Sacramentum à pastore, ut nullo genere peccati vnquam peccet; sed solum tribuit facultatem vrgendi citra iniustitiam.

Petes vtrum Sacramentum possit peti ab eo qui existens in peccato mortali putatur in eo statu ministraturus, ex eo quod inuincibiliter ignoret id esse illicitum?

Resp. per se loquendo non videri, quamuis enim alter non peccet, & proinde petens non censetur formali eius peccato consentire, nihilominus Sacramentum materialiter tractatur indigne; quare indigna tractatio materialis est quoddam malum & iniuria ipsius Sacramenti, quod per se loquendo vnusquisque debet impedire: si ergo homo non impedit huiusmodi materialem iniuriam cum possit, non habens grauem causam illam permit- tendi, censetur in ipsum Sacramentum iniurius: sicut censetur iniurius qui, cum possit, non impe- dit ne sacra hostia tractetur indecorè à stulto; ne comedatur à mure.

Dico §. si iniquus minister sit actu paratus Sa- cramentum in peccato ministrare, cuius licet il- lud ab eo recipere. Ita communiter Doctores. So- tus supra §. prima itaque propositio. Toletus supra num. 3. & alij. quia eo casu videtur alios inuitare, & tota formalis malitia ab eo est posita.

Ex dictis notandum in genere minorem causam requiri ut adeatur pastor, qui tenetur ex officio Sacramenta ministrare, quam ut adeatur alius non obligatus, item ut adeatur paratus habitu, quam nullo modo paratus. 3. ut adeatur paratus actu, quam is qui actu non est paratus, sed

Difficultas oriri potest num peccet grauius is qui adit pastorem malum expositum & audientem omnes volentes confiteri, neglecto alio qui sine peccato possit Sacramentum ministrare, & sit pa- ratus confessionem audire? Ratio dubitandi est quod talis sine causa petat sibi ministrari Sacra- mentum ab eo qui prauidetur in peccato mini- straturus. Confirm. confessorius per hanc numero absolutionem peccat, & in confessione per se lo- quendo non tantum debet recensere voluntatem, sed etiam numerum confessionum quas excepit; ergo penitens saltem actum externum peccami- nosum petens sine causa, censetur ad eum coope- rari & peccare. haec sententia est probabilis, in quam inclinat Suarez disput. 18. sect. 1. §. secundo infra.

Alij tamen probabiliter tenent non peccare sal- tem grauius, quia confessorius eo casu non tam inducitur ab alijs, quam eisdem inuitat ad Sacra- mentum ministrandum. nam dum publicè pro om- nibus est expositus, censetur moraliter alios indu- cere & vocare: quemadmodum ergo non pecca- rent saltem mortaliter nominatim ab eo inuitati, qui alijs neglectis illi confiterentur; ita non pec- cant ij qui in genere & confuso modo vocati illum aduocant.

Ex qua ratione patet responsio ad rationem du- bitandam, quod scilicet non tam petatur ab eo Sacra- mentum, quam is petat alijs ministrare. Ad confir-

mationem dico in praedicto casu, quantum in se est, pastorem velle actum externum etiam ut di- stinctum, & penitentes ad eum inducere, & pro- inde penitentes non censeri cooperari ad eum ut est peccaminosus. hanc sententiam tenet Sotus supra §. prima itaque propositio. Valentia disput. 3. Valentia, quaest. 5. puncto 3. §. primus casus. Henriquez lib. 1. de Sacramentis cap. 30. §. 2.

In hoc dubio tractari posset num liceat Sacra- mentum recipere, vel etiam petere ab excommu- nicato: de quo tamen commodius agitur in mate- ria de censuris.

D V B I V M III.

Vtrum liceat Sacramenta indignis ministrare?

C V M minister Sacramentorum, non solum debeat esse in statu gratiae ut Sacramentum licetè ministret, sed etiam incumbat illi fideliter se gerere in administratione Sacramenti, & conue- nienter sanctitati eiusdem, atque adeo aliquo mo- do cognoscere de statu & dispositione suscipien- tium Sacramenta: praesens quaestio commode hoc loco potest examinari. Solum autem intelligitur de adultis, in quibus certae dispositiones requirun- tur ut Sacramentum licetè recipiant, iuxta cuius- que Sacramenti exigentiam.

Resp. & dico minister Sacramenti per se lo- quendo non potest Sacramentum indigno mini- strare. est communis & certa.

Patet ex Scriptura, Matth. 7. Nolite dare sanctum canibus. quae sententia licet possit aliter intelligi, à multis tamen hoc sensu intelligitur, quod non li- ceat ministrare Sacramenta peccatoribus. 1. ad Cor. 4. Hic iam quaritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Ex qua Scriptura ratio conclusionis elicitur: Minister Sacramenti ex rei natura tenetur reuerenter Sacramenta tractare, & fideliter admi- nistrare; ergo per se loquendo non potest ea indig- nis ministrare. 2. ministrando indignis per se lo- quendo cooperatur eorum peccato.

Hinc patet, ut minister non peccet in admini- stratione Sacramenti, non tantum requiri ut ne- sciat suscipientem non accedere indignè, sed ut aliquo modo cognoscat iuxta Sacramenti exigen- tiam dignè accedere; quae notitia non est vnus & eiusdem modi respectu omnium Sacramentorum: nam in quibusdā exactior notitia requiritur quam in alijs, v. g. ad absolvendum requiritur particula- rior notitia dispositionis subiecti, quam ad prae- bendam Eucharistiam, ut communis praxis de- clarat.

Patet etiam quod ministrans indigno grauius peccet, tum per immediatum respectum ad Sacra- mentum, indignè & irreuerenter illud tractando; tum per respectum ad proximum, cooperando eius peccato, & per consequens videtur duplex pecca- tum committere.

Dices ideo peccat contra Sacramentum, quia censetur alterius peccato cooperari: si enim non censetur cooperari, non peccaret ministrando indigne; ergo est vnicum numero peccatum.

Resp. neg. consequentiam, nam quamuis pec- catum quo censetur alteri cooperari, sit occasio cur censetur peccare contra reuerentiam Sacra- mento debitam, verè tamen Sacramentum in se tractat indignè, & irreuerenter se gerit erga illud,

Sotus.
Valentia.
Henriquez.

50.

Resolutio
negans.

Matth. 7.

1. Cor. 4.

51.

Est peccatum graue,
idque du-
plex.

46.

inle-
gum
a
o, qua
differa
que fia
mno sp
ual.

47.
Consi-
l. ad
nam pe
cipendam
vilitatem.

Nontamen
propter
fructu qui
praesentem
tur ex sus-
ceptione
Sacramenti.

Replia.

non minus quam si illud indecenti loco collocaret; ergo eo casu duo peccata cerni possunt.

Dices qui recipit Sacramentum ab iniquo ministro unicum numero peccatum committit; ergo etiam is qui ministrat indigno.

Resp. neg. consequentiam, quia prior solum peccat cooperando peccato alterius, quatenus est causa quod minister indignus tractet Sacramentum, ideo unicum numero peccatum committit.

Dices saltem minister non videtur graviter peccare per respectum ad proximum, cuius ruina censeatur esse causa, quia petens Sacramentum est actu paratus suscipere.

Resp. neg. assumptum; ad cuius probationem dico ministrum non posse sine gravi peccato cooperationis peccato alterius admittere eum quem ex officio tenetur reicere: secus dicendum de privatis respectu ministrorum, quibus non incumbit arcere ministros Sacramentorum, ne forte indigni ministrarent. Præterea utilitas quam Sacramentum ex se adfert, est sufficiens ratio illud sumendi a parato ministrare, eatenus saltem ut non censeatur grave peccatum alios negligere. in presenti verò nulla necessitas vel utilitas excusat ministrum, cum non ministrat Sacramentum in propriam utilitatem.

52.
Corollaria

Ex his deducitur sacerdotem non posse impendere beneficium absolutionis ei qui est indignus, v. g. ei qui non est dispositus per sufficientem dolorem de peccatis, qui non proponit proximas occasiones peccandi relinquere, qui non vult occurrere gravi scandalo a se dato &c. Item non posse ministrare baptismum non sufficienter disposito; ut, nullo modo scienti fidei nostræ mysteria, 3. debere negare Eucharistiam publico peccatori publicè vel privatum petenti, ubi scilicet peccatum est publicum. item peccatori occulto petenti privatum, vel saltem coram iis qui eius norunt indignitatem: in quibusdam ipse accessus ad Eucharistiam est sufficiens signum quod homo recedat à sua indignitate, quod est diligenter in casibus particularibus perpendendum.

Publico peccatori negari debet Eucharistia.

Item occulto privatum petenti, si alius de comperta sit indignitas quæ ex Confessione.

Quod dictum est de neganda Eucharistia occulto peccatori privatum petenti, certum est quando indignitas aliunde est nota quam ex sacramentali confessione. unde si sacerdos qui audit alicuius confessionem eum propter indispositionem non absoluerit, aliunde norit eius indignitatem, v. g. quia scandalum quod tenetur tollere nondum sustulit, hæresim non abiuravit &c. potest illi privatum petenti Eucharistiam negare, hæc obiciendo; immò potest publicè, si indignitas sit publica. Quod si indignitas ex sola confessione sacramentali sit nota, commodius in materia de sigillo dicitur num privatum petenti possit Eucharistia negari.

53.

Danda est occulto peccatori publicè petenti.

In conclusione dixi, per se loquendo, quia si ex denegatione Sacramenti inureretur alicui infamia nota, Sacramentum negari non posset, ut si occultus peccator publicè petat Eucharistiam, non potest ei negari, ut communiter Doctores; qui censent Christum Iudæ occulto peccatori Corpus suum præbuisse, inter cæteras causas ne ille infamaretur, & ne sacerdotes pro arbitrio occultos peccatores arcerent à communione. Confirm. nisi minister Eucharistia &c. teneretur Sacramentum ministrare occulto peccatori publicè petenti, Sacramenta redderentur odiosa; nam unusquisque merito posset timere ne forte sacerdos indicet subesse causam licet occultam, propter quam publicè possit repellere, quod cederet in grave detri-

mentum animarum & in ipsorum Sacramentorum odium.

Dices peccator etiam occultus est canis.

Resp. in re ipsa esse, communis tamen fama & opinione non esse talem, & proinde non posse arceri cum famæ detrimento propter rationem dictam.

Contrà: minister tenetur maiorem habere rationem reuerentiæ Sacramento debitz quam famæ proximi; ergo ut reuerenter erga Sacramentum se habeat, potest illud negare cum eiusdem proximi infamia.

Resp. antecedens hoc sensu esse verum, quod non possit se irreuerenter gerere erga Sacramentum, ut famam proximi seruet; non verò quod teneatur nullo modo permittere ne alter Sacramentum irreuerenter suscipiat; & dico quod possit & teneatur permittere alterius irreuerentiam, si non possit eam impedire absque læsione famæ illius, & quod Deus nolit eo casu ministrum occurrere irreuerentiæ Sacramenti, cum ex tali modo occurrendi gravis perturbatio in genere humano oriretur, & gravis scandala, ut ostensum est. Unde eo casu non est infidelis dispensator, neque dici potest infideliter se gerere, vel irreuerenter, eo quod non possit alterum sine infamia repellere; neque censendus est alterius peccato cooperari, cum habeat iustam causam illud permittendi; neque ex præcepto correctionis fraternæ tenetur eum repellere, cum non possit prudenter sperari emendatio, si quis propter occultum crimen publicè repellatur, sed potius timendum sit scandalum, perturbatio & indignatio.

Dices aliquis non tenetur servare famam proximi cum detrimento tertij; ergo &c.

Resp. neg. consequentiam; quia inhonoratio quæ hic censetur committi, solum in hoc consistit quod aliquis peccet indignè Sacramentum suscipiendo, propter quod eius fama negligi non potest, quemadmodum non potest tolli fama alicuius, qui eo solo censetur alterum inhonorare, quod contra illius legem peccet, neque Deus censetur velle ut eius honor quacumque ratione seruetur cum detrimento famæ proximi, quando inhonoratio solum in eo consistit quod quis peccet, propter gravia incommoda quæ inde sequerentur, ut ostendimus.

DUBIUM IV.

Virum ministri Sacramentorum debeant præscriptos ritus Ecclesiæ servare, ut in eorum administratione non peccent.

HÆRETICI hos ritus tanquam superstitiones, & humanum inventum reiciunt; sed nullo modo posse improbari patet ex canone ultimo de Sacramentis in genere c. 7. Concil. Trident. & ipsa ratio docet posse ad maiorem ornatum & maiestatem Sacramentorum apponi, ut homines qui externis ceremoniis ferè moventur, magis excitentur ad venerationem erga Sacramenta. potestatem autem huiusmodi ritus instituendi esse potestatem Ecclesiæ satis ostendit canon citatus. hoc posito

Resp. & dico, minister Sacramentorum tenetur in eorum administratione ritus ab Ecclesiâ institutos

cos

cos seruare, nec potest eos pro arbitrio omittere absque peccato. patet ex canone citato. Vnde vnusquisque in solemnī administratione Sacramentorum debet seruare ritus in sua Ecclesia receptos & approbatos, quos sine vrgenti causa non potest omittere, Sacramentum sine solemnitate conficiendo.

Porro cum hæc cæremoniæ pertineant ad religionem, & variæ possint multum conducere ad venerationem Sacramentis debitam, patet earum omissionem ex suo genere esse mortalem: ita vt non solum mortaliter peccet is qui eas contemnit tanquam intiles vel superstitiosas; sed etiam is qui sine tali contemptu omittit ex negligentia, possit mortaliter interdum peccare, quando videlicet cæremonia censetur gravis. Quenam autem censetur talis, ferè pendet à prudenti iudicio. ex communi etiam sensu aliquo modo cognosci potest, ex eo videlicet quod passim Doctores censent cæremoniam esse grauem, & grauius præcipi ab Ecclesia. Quod si ex communi iudicio, vel ex materie conditione censetur leuis, illius omisio solum erit venialis: immò aliqua cæremonia ita possunt adhiberi, vt earum omisio iudicio prudentum nullum contineat peccatum, seposito contemptu; vt si quis in absolutione sacramentali non utatur signo crucis.

Aduerte ex eodem canone receptos ritus non posse per quemlibet Ecclesiæ pastorem in nouos mutari. patet ex eo quod non sit vnus cuiusque pastoris ritus instituire, sed sit principum Ecclesiæ qui possunt aliis præscribere normam ministrandi Sacramenta.

ARTICVLVS VII.

Virum Angeli possint Sacramenta ministrare?

RESPONDET negativè: de cuius articuli materia videri potest dubium circa articulum 4.

ARTICVLVS VIII.

Virum intentio ministri requiratur ad perfectionem Sacramenti?

AFFIRMAT.

Probat: quando aliquid est ad multa indeterminatum, debet per intentionem determinari ad vnum; materia autem & forma Sacramentorum non sunt satis ad vnum determinata, vt patet in ablutione aquæ, quæ ad munditiam corporalem, vel ad corporalem sanitatem, vel ad recreationem potest ordinari.

Conclusio est de fide, vt patet ex Concil. Flor. decreto de Sacramentis, vbi dicitur Sacramenta perfici personâ ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.

Ratio primaria est Christi institutio: congruentia est quod Christus voluerit ministrum Sacramentorum esse animatum & rationale, ne illa vilescerent; eum ex parte materie & forme non sunt res ita excellentes. non videtur autem alia de causa requiri minister animatus, quam vt per intentionem operetur, & hoc modo principali agentis se subiciat, & tanquam agens rationale se moueat & applicet, non vero casti fortuito moueatur.

Confir. nullus censet furiosum & amentem posse Sacramentum conficere, posset autem conficere verba proferendo super materia, si nulla intentio requireretur.

ARTICVLVS IX.

Virum fides ministri sit de necessitate Sacramenti?

NEGAT: quæ doctrina supra articulo 5. est Resp. neg. explicata, & probata.

ARTICVLVS X.

Virum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem Sacramenti?

RESPONDET 1. peruersam intentionem circa Sacramentum officere eiusdem veritati, vt si quis non intendat Sacramentum conferre, sed delusorie agere.

Respondet 2. peruersam intentionem respectu alicuius quod sequitur Sacramentum, non tollere eiusdem veritatem, vt si sacerdos intendat aliquam baptizare, vt ea abutatur.

Doctrina vtriusque conclusionis facile patet ex art. 5. & 8. Circa intentionem occurrit

DVBIVM I.

Quidnam minister debeat intendere ad hoc vt Sacramentum conficiatur?

NOTANDVM ministrum Sacramentorum posse tria intendere exercendo actionem materialiter sacramentalem. 1. ipsam externam actionem & prolationem verborum ibi sistendo. 2. confectioem Sacramenti. 3. sanctificationem recipientis huiusmodi actionem sacramentalem.

Lutherus tum alibi tum artic. 12. damnato Leone decimo, censet ad hoc vt Sacramentum conficiatur, solum requiri intentionem ponendi exteriorem actionem. Lutheri consentiunt Caluinus & Kemnitius, quos refert Bell. lib. 1. de Sacramentis in genere cap. 27. idque conformiter suis principiis de efficacia & virtute Sacramentorum, quod videlicet solum excitent fidem in suscipiente de remissione peccatorum, à qua sententia non videtur alienus Catharinus, (vt refertur) opusculo de intentione ministri Sacramentorum, & expressè docuit Silu. verbo *baptismus* 3. quæst. 12. putatque esse D. Tho.

Sed de fide est hanc intentionem non sufficere. patet ex Florent. requirente intentionem faciendi quod facit Ecclesia; vt Sacramentum perficiatur; & ex Trid. sess. 7. can. 11. de Sacramentis in genere in hæc verba definiente: *si quis dixerit in ministris dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit.* Ex qua definitione possumus contra Catharinum arguere: intentio faciendi quod facit Ecclesia non est intentio solum adhibendi materiam & proferendi verba, sed aliqua vltior, cum Concil. eo canone velit damnare hæreticos, & definire intentionem ab eis positam non sufficere ad substantiam Sacramenti, siue vt Sacramentum validè conficiatur.

hæretici

Resp.

Error L. & a. liorum.

59.

De fide est non sufficere intentionem ponendi actionem exteriorem. Prob. 1. Trident.